Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift



immensa tua. uel in altari corpori & sanguini meo communicantes. uel in scptura ueteris ac noui testamenti. tecum eruuantes. Occurrerunt enim mi. cruciis patibulis ascendentes. quando fugiebam a facie ab salon filii tui. in morte me persequentes populi iudaici. Quicuq; enim ueri abrahe filii tunc fuerit. mi tanquam redemptori suo. in supplicio passionis mee condoluerunt. Habes quoq; apud te semei filium ieiam filii gemini de baurim. qui maledixit mi in maledictione pessima. quando ibam ad castra. Semei qui audiens dicit. tum populus iudaicus exprimit. qui primus ad audiendum sermonem & preceptum dei eligitur. Qui filius ieiam sebitur. quod ruminatio dicit. qa de ruminatione legis. per ritum circumcisionis populus iudaicus efficit. Qui filius geminus memoratur. quod de tertia mea impietate. qa diuina electione ad dexteram ipse primus euocatur. Qui de baurim esse sebitur. quod electi ut iuuenes dicit. quia per meritum electionis. populus iudaicus ad iuuentutem spe ascendit. Qui maledixit mi in quit maledictione pessima. clamando ascende calue. ascende calue. tolle tolle. crucifige. crucifige. reus es mortis. seductor & malefactor. & multa hissimilia. Quando ibam ad castra. quando ut per sanguinem meum suscitarem populum fidelium. extra portam passus sum. Quando ibam ad castra. ut electos meos in inferno uinctos possem soluere. ipse mortis & crucis uincula nostrum suscepe. Sed qa in occursum mi descendit. quia in memoria mi uenit. cum iordanem transirem. cum descensione mea ad inferos captiuos meos apprehderem. iordanis enim descensio ut apprehensio exprimit. & iuraui ei per dnm dicens. si te interficiam gladio. dicens in cruce pater meo. pater ignosce illis. qa nesciunt quid faciunt. tu noli pati eum esse in nouum parricidium & sacrilegium reum. mergendo eum in baptismum. Qui autem sapiens est. spu sco te docente omnem uitam. & scies per dei caritatem. quid facies ei per ueram primam dilectionem. Deduces canos ei cum sanguine ad infernum. scilicet postqm puerile sensum abiecerit. per qua in timore & amore dei incanuerit. docebis eum ut sanguine proprio solutus sanguinem meum. Sic sic nimirum xpe in mysterio suae passionis. per filioque berhellai commendationem. per semei occasionem. populi iudaici per figuram reconciliationem. SEQUITUR.

Dormiunt g dauid cum patribus suis. & sepultus est in ciuitate dauid. Dies autem quibus regnauit dauid super israel. xl. annis est. In ebron regnauit uii. annis. in ierusalem xxxiii. Salemon autem sedit super thronum dauid patris sui. & firmatum est regnum eius nimis.

DAVID cum patribus suis dormit. quia xpe cum patriarchis & prophetis de quorum stirpe carnem induit. in redemptionem humani generis debitum mortis soluit. In ciuitate dauid sepelitur. qa in sancta ecclesia quae ciuitas ei est. in fide & dilectione suae fidelium reponitur. Quadraginta annis super israel regnat. eum per sacramentum noui ac ueteris testamenti. suos fideles in hac uita gubernat. Quatuor enim. & decem multiplicati. xl. faciunt. & quatuor euangelicam perfectionem. decem decalogi plenitudinem exprimunt. In ebron uii. annis regnat. quia sanctam ecclesiam septiformi spe gratia. per omne huius seculi tempus. quod in septem diebus decurrit. consolando subleuat. Ebron enim coniugium. ut participatio israelis dicit. per quod sancta ecclesia exprimit. quae uero sponsio domino ihu xpo. passionis eius israelis. uerae et partici